



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Ravennat. Archiepiscopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Cap. Cùm non
lireat. De praef-
cripti.
Cap. Cùm ple-
runque. De do-
nationib.

tionem tantummodo allegantes, frater-
nitatem tuam nolumus ignorare quòd
cùm in talibus præscriptio sibi locum
vindicare non possit, sicut à nobis alibi
rationabiliter est ostensum, per eam se-
nequeunt ab ipsis præstatione tueri. Ce-
terum cùm plerunque contingat quòd
Episcopi successivè locis religiosis de
reditibus qui perrinent ad eosdem, ul-
tra quinquagesimam conferant portio-
nem, ita quòd interdum usque ad ter-
tiam partem vel quartam, interdum ve-
rò plus minusve hujusmodi redditus mi-
nuuntur, tua fraternitas nos consuluit
utrum successoribus eorundem ea que-
taliter fuerint ultra quinquagesimam por-
tionem concessa, liceat aliquatenus re-
vocare. Nos igitur inquisitioni tuae taliter
respondemus, quòd licet sit in canone
diffinitum ut si quis Episcoporum in par-
rochia sua monasterium constitueret forte
voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiae cui
præsider ipse ditare, non amplius ibidem
quam quinquagesimam, Ecclesiae verò
quam monasticis regulis informare vel
pro suis magnificare voluerit sepulturis,
non amplius quam centesimam partem
census Ecclesiae cui præfet debeat elar-
giri. Quia tamen in eodem canone con-
sequenter adjungitur ut hæc tempera-
menti æquitas obseretur quòd cui tri-
buit, competens subsidium conferat, &
cui tollit damna gravia non infligat; ea
quidem cautela servata, ut unam tan-
tummodo, quæ placuerit, ex iis duabus
remunerationem assumat, hoc semper est
observandum quòd Episcopus unus vel
alius non solum non debet amplius, sed
nec tantum nec minus cum gravi Ec-
clesiae suæ detrimento conferre, sive si-
mul & semel id facere velit, sive plures
successivè eidem vel diversis Ecclesiis
conferendo. Vnde quod in grave detri-
mentum sive de possessionibus sive de
proventibus vel ad episcopalem men-
sam vel cathedralem Ecclesiam perti-
nentibus in quantalibet portione consti-
tutus esse collatum, poterit legitimè re-
vocari, nisi præscriptione vel alia ex-
ceptione legitima hujusmodi actio exclu-
datur. Nam ersi prima facie præsumatur
quòd collatio quinquagesimæ vel cente-
simæ partis grave non inferat detri-
mentum; quia tamen si non solum si sèpe, sed
etiam si semel id fiat, ex variis circum-
stantiis apprehendi potest interdum esse
valde damnosum, quod quidem magis
potest ex ostensione ipsius facti quam

expressione alicuius statuti cognosci, nec
quinquagesima nec centesima semel aut
successive debet cum gravi damno con-
fieri. Si verò in tantum abunder Episco-
pus ut sine damno Ecclesiae suæ possit
amplius etiam quam in quinquagesimam
vel centesimam partem necessitatì alte-
rius Ecclesiae subvenire, quamvis per se
non debeat excedere summam à canone
præfinitam, per quem incaute largiri vo-
lentibus est occursum, de superioris ta-
men auctoritate potest etiam in majori
summa ex ejus copia inopia alterius pro-
videri. Datum Laterani VIII. Id.
Aprilis, anno decimo.

.. MARCHIONI DE MALASPINA.

A Vtoritate præsentium prohibe-
mus ne quis occasione pedagij
quod ante statutum Lateranensis Conci-
lij super hoc editum in terra tua recipi
confueverat, te præsumas per censuram
ecclesiasticam molestare, nisi forsan an-
tiquo & approbato pedagio abutaris.
Nulli ergo &c. nostræ prohibitionis &c.
Si quis autem &c. Datum Laterani I.V.
Idus Aprilis, anno decimo.

.. RAVENNAT. ARCHIEPISCOPO.

L Icet ab antiquo provida fuerit deli-
beratione statutum ut electus in
Ecclesiæ Ravennatis antifitem consecra-
tions munus, vel si consecrandus non
fuerit, Pallium ad Romanam accedat
Ecclesiæ suscepturus, necessitatì ta-
men ejusdem Ecclesiae tuncque devotionis
obtentu statutum hujusmodi temperando
taliter duximus providendum, ut Pal-
lium de corpore B. Petri sumptum, pleni-
tudo scilicet pontificalis officij, secundum
formam quam sub Bulla nostra de-
stinamus expressam, per dilectum filium
R. Subdiaconum nostrum tuæ fraternità
tradatur; ita quòd quam citò se facul-
tas obrulerit, infra annum apostolico te
conspicui repræsentes, professionem
quam nunc juramento præstiteris ore
tunc ibi proprio editurus. Monemus ergo
fraternitatem tuam & exhortamur atten-
tè, per apostolica scripta mandantes,
quatinus speciale gratiam tibi factam,
quam utique ad consequentiam trahi no-
lumus, recognoscens, in vocatione qua-
vocavit te Dominus, commissæ tibi Ec-
clesiae te tales studeas exhibere quòd
quæ laſa videtur non leviter in utrilibet,
tua provisione se gaudeat in temporali-
bus & spiritualibus reparari. Datum La-

Epiſt. 46.
Inhibetur se
occasione peda-
gij ante flavum
Lateranum.
Concilij in ter-
ra sua aliquid
recipere pala-
tum nisi quod
antea recipie-
bat.

Epiſt. 47.
Conceditur ut
pallium reci-
pere possit
ut codem.

Romani Pontificis Lib. X.

23

terani XVI. Kal. Maij, anno decimo.

PRIORI ET FRATRIBVS.

Grandimontensibus.

*Epiſ. 43.
Vt preces effan-
dent valeant
pro anima M.
Turon. At-
templopi, ut
ipsum, quis
pro suis excessi-
bus foliam me-
nit, valeat li-
berari.*

ET si fraternal caritatis, quæ nunquam excidit, sincerus affectus sit ad proximos extendendus, dum fuerint in prælentis peregrinationis exilio constituti, ex ejusdem tamen dilectionis fonte tunc est eis uberioribus beneficis succurendum cum à corporis vinculis absoluti nec tempus nec locum habent ut per se valeant ulterius operari. Propter quod à sanctis patribus quedam sunt præscripta remedia quibus defunctorum angustiis consulatur, eleemosynæ videlicet & jejunitia, oblationes ac preces, quæ illis præcipue prodeſſe noſcuntur qui, dum vivebant, meruerunt ut haec ſibi poſſent prodeſſe poſt mortem. Multis quippe divina scriptura testimoniiſ comprobatur quod meritis & precibus aliorum ſalutem mentis & corporis aliqui conſequuntur, quorum, inquit, fidem ut vidit, ait Domini nus paralytico: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* & conſequenter adjecti: *Tolle lectum tuum & vade in dominum tuum.* Socrus quoque Simoni, quæ magnis febris tenebatur, ad preces eorum qui manentes in domo rogauerunt pro ipſa meruit liberari. Maria etiam & Martha vitam Lazaro lacrymosis precibus impetrarunt. Et ad lacrymas viduæ turba comite supplicantis, ejus filium Dominus fuscitavit. Ad hujusmodi verò exhibenda ſuffragia quamvis fidelis quilibet teneatur juxta illud quod in Ecclesiastico legitur, *Mortuo non prohibeas gratiam, omnes ſiquidem moriemur,* illi tamen ad hoc ſpecialiter aſtringuntur qui à curis ſecularibus expediti, tam ſua quām aliorum poſſunt commodius peccata deflere. Illis quoque convenit per hæc pietatis officia plenius ſubveniri qui ſuæ liberationis fiduciā in iis qui adhuc vivunt in corpore poſuerunt. Sanè bo. me. B. Turonenſis Archiepiscopus, dum appropinquaret ad portas mortis, & eſſer in ultimo vi- ta ſuæ termino conſtitutus, quaſdam litteras fecit ſcribi, quæ ſub ſigillo ſuo fuere nobis à dil. fil. Magistro P. de Vico poſt ejus obitum preſentatae; in quibus nobis humiliter ſupplicabat ut vos noſtriſ litteris moneremus quatinus pro ipſo ad Dominum orationes & preces, veſtris eſfundere curaretis. Nos igitur in hoc pium ejus devotionis desiderium commendantes, qui apud diſtrictum judicem Eccle-

ſia petuit ſuffragiis adjuvari, universitatē veſtram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino quatinus pro jam diē defunctō effundatis coram Domino corda veſtra, & pro ipſius anima devotissime ſupplicetis altissimo, ut à penis quas pro ſuis forſan excessibus meruit, veſtris interceſſionibus liberetur, ſpem firmam habentes ut qui ex fideli devotione ſupplicationum veſtrarum patrocinium imploravit, veſtris precibus & beneficium perciptet & juvamen. Datum Laterani V. Id. April. anno decimo.

EPISCOPIS, ABBATIBVS, PRIORIBVS,
& universis Clericis per Achaiam
conſtitutis.

ET si quilibet in neceſſitatis articulo proximo ſubvenire, illius tamen neceſſitates eum conuenit liberalius relevare ad cuius reverentiam ex ſubjectionis debito noſcitur obligatus. Cūm igitur venerabilis frater noſter... Patracen. Archiepifcopus ſemel & iterum pro ſuis & Eccleſia ſuæ negotiis ad ſedem apoftolica cam veniendo, præter labores multipli- cies, jačturas graves ſuſtinuerit & expenſas, nec ad exolvenda ſua debita in preſenti ejusdem ſufficientia facultates, universitatē veſtram rogandam duximus & monendam, per apoftolica vobis ſcripta mandantes, quatinus eidem Archiepifcopo caritativis ſtudeatis auxiliis ſubvenire, ut veſtræ liberalitatis ſubſidiis à ſuorum debitorum obligationibus expeditus, veſtris commodiſ expeditius valeat inſu- dare. Datum Laterani IV. Kal. Maij, anno decimo.

*Epiſ. 49.
Vi Archiepif-
copo Patracen-
ad exolvenda
ſua debita cari-
tativis ſtudeant
auxiliis ſubven-
ire.*

ARCHIEPISCOPO PATRACENSI.

AD noſtram noveris audientiam per- veniſſe quod quidam Clerici in Eccleſiis tuae provin- cia proventus eccleſiaſticos perci- pere non verentur, cum in eis reſidentiam facere negligant & perſonaliter deſervire. Quocirca preſentium tibi auſtoritate mandamus quatinus Clericos memoratos, qui in Eccleſiis in quibus ordinati fuerint perſonaliter deſervire contemperſint, proventus eccleſiaſticos perci- pere non permittas, cum hoc tem- pore multa ſit ibidem penuria Clerico- rum. Datum ut in alia.

*Epiſ. 50.
Vi Clericis ſuæ
provin- cia pro-
ventus eccle-
ſiaſticos perci-
pere non per-
mittas: ſi in illis
perſonaliter deſervire con-
temperint, niſi
ſibi conſtituerit
eos canonicis
ſuile promoto-
res, & benefici-
ciatos in eorum
Eccleſiis reſide-
re compellat.*

E I D E M .

EX tuae devotionis inſinuatione rece- pimus quod cum Latinī regionem Achaiæ occupaſſent, quidam Epifco-

*Epiſ. 51.
Vi illis qui ad
Achaiæ partes
accedunt cele-
brare non per-
mittar.*